

επιληρικοί frigida spongia apponenda, ad empiricorum consilia deuolutus, qui ex contrarijs ad contraria transeundum causis resistentibus probauerunt. Vtitur etiam scaroticis, hoc est, quæ cutem extendere uel corrumpere ualeant, & cessante accessione imperat frictionē adhiberi atq; fomenta, quorū item usus non declinantis est accessionis, sed in toto recedentis. Deniq; peccatis indulgendū methodicorū princeps Soranus dignissime iudicauit; Adhuc enim, inquit Themison, Asclepiadis erroribus & rudimento temporis methodici fallabantur.

DE SCOTOMATICIS. CAP: II.

Σκότωμα, ἢ σκοπιαιμία, ἢ σκοπιαιματικός πάθος.



Scotomatica passio ab accidenti nomen sumpsit, quod repentinus oculis ingerat tenebras. Afficit frequēter uacuos homines, hoc est, sine aliquo exercitio uitā ducētes, & uiolentos, uel cōsuetos uentrem purgare medicaminibus potis, & ab eorū usu repente desistentes. Itē hæmorrhoidis longo tempore affectos, & post earum amputationē nulla recorporatione curatos. Ve-

ἐπιληψία.

hementescit autem hæc passio hyeme, uel uerni temporis initio; præterea saepe futuram denuntiat epilepsiam. Veteres deniq; paruā epilepsiam uocauerūt; Nam in passione constitutos repentina uisus tenebratio atq; nebula cum capitis uertigine consequitur, ut omnia secum moueri existiment. Item ante oculos quosdam sentiunt marmorum maculis similes tractus, quos marmaygas Græci uocauerunt, cum tamen conuersis oculis omni ex parte non deserant uisum. Item capitis atq; oculorū grauatio, & sedere uolentibus timor; siquidem secū omnia putent impelli, uel cadere: aurium tinnitus, superiorum corporis sudor, aut repentinus casus cum celerima surrectione. Asperatur præterea passio si ex alto aspexerint ægrotantes uel meatum fluminis, aut rotæ uertiginē, siue ignis. Item si proni quicquam gesserint, uel maiorem uocem auribus acceperint. Discernitur ab epilepsia hæc passio, siquidem neq; sensibus priuat ægrotantes, neq; spasmus, id est diuerso raptu adficit. Item à capitis passione, quam cephalæan uocant discernitur, quod dolorem non faciat. Separare autem ab ista passione uertiginem, siue obscuritatem necessarium non est: Si quidem ex hijs ueluti partibus scotomatica passio cōfecta esse uideatur. Est deniq; istius passionis affectio saluti innoxia, hoc est, sine ullo periculo, nisi quis mare tenus, aut ex alto cadēs, ratione casus potius quàm passionis uiolentiā perire uideatur. Curationem uero eandem adhiberi cōuenit, quæ nuper passioni capitis est ordinata, non solum generali, sed etiam speciali ratione.

Μαρμαρυγία, ἢ αμαρυγία, ἢ μαρμαρινός λεγεῖσθαι.

D

Ἐπικεῖμος.

DE INCUBONE. CAP: III.

Incubus.



Ἰνγαλιόν. Ἐφιάλτης. Ἐπιβολή.

Incubonem aliqui ab hominis forma uel similitudine nomen ducere dixerunt, aliqui à phantasia qua patientes afficiuntur; siquidem ueluti ascendere atq; insidere suo pectori sentiant quicquā. Themison uero II epistolatū libro pnygaliona uocauit, siquidem præfocet ægrotantes. Item quidam ueteres ephialten uocauerunt, alij epibolen, quod utilis patientibus perhibeatur; afficit crapula uel indigestione iugē uexatos. Accidēs igitur semel ita ut nullam uigilantibus querelam aut displicentē sanitatem faciat, sed solius somni turbatio noscatur, minime passio dici potest, sicut neq; semel effectus per somnū seminis lapsus, quē Græci onirogonon appellāt, passio nuncupat, nisi iugiter, atq; cū corporis incōmoditate fuerit effectus. Est autem supradicta passio epilepsia tentatio; Nam quod neq; deus, neq; semideus, neq; Cupido sit, libris causarū quos ætiologu

Ὀνιρογονόν.

INCUBOS

DE EPILEPSIA

Επιληψία uocabulum simpliciter... Appellatur etiam... quod multo in pluribus... quæ anima in corpore... hæc uocatur factio... hæc uocatur magnæ... hæc uocatur... hæc uocatur... hæc uocatur...

A **ætiologumenos** Soranus appellauit, plenissime explicauit. Ista igitur passione possessos sequitur corporis tardissimus motus atq; torpor, & magis per somniū grauedo atque pressura, & ueluti præfocatio qua sibi quenquam irruisse repente existiment, qui sensibus oppressis corpus exanimet, neq; clamare permittat. Quo fit ut sæpe erumpentes non articulata, sed confusa uoce exclament. Quidam deniq; ita inanibus adficiuntur uisis, ut & se uidere credant irruentem sibi, & usum turpissimæ libidinis persuadentem: cuius si digitos apprehendere nixi fuerint fugatum existiment. Tunc cum somno surrexerint, faciem atq; transformationis partes uidas & humectas sentiunt, attestante grauedine ceruicis, cum tussicula leui molli stimulatione commota. Plurimū autem possessis accidit pallor, & corporis tenuitas, quippe cum somnum timendo non capiant. Apparet igitur stricturne passio ex [†] grauedine, tarda autē ex temporis tractu, & non semper sine periculo salutis: Cum enim uehemēter impresserit præfocatio quosdam interficit. Memorat deniq; Silimachus Hippocratis sectator, contagione quadam plurimos ex ista passione ueluti lue apud urbem Romam cōfectos. Quapropter curandos oportet in cere loco lucido atq; mediocriter calido, adhibita reque animi, & corporis abstinentia, usq; ad tertiū diem, quem Græci diatriōn uocauerunt. Tunc colla tegēda atq; caput, & stomacho lanis limpidis ex oleo calido præcincto, adhibenda etiam oris collutio ex potu aquæ calidæ. Ac si plurima stomachi, uel capitis, uel colli fuerit querela, adhibenda phlebotomia, & post detractionem perunctio ex oleo calido. Tunc ora fouenda, cibus dandus simplex, succi facilioris, paruus, forbilis: & si passio perseverauerit cataplasmata adhibēda: cucurbita quoq; nunc simplex, nunc adiūcta scarificatione ex utraq; parte gutturis, quam Græci anthereona uocant, nos rumam. Tunc uaporatio ne utendum, & alternis diebus cibus dandus. Illa uero adiutoria quæ adhibenda diurnis erunt diebus, adhibēda, sed longe remotius à nocturno tēpore. Tunc etiam gestatio atq; uariis cibus, & lauacrum, & aquatum uinum. Illis uero partibus quas curamus erunt primo cerotaria apponenda; tunc malagmata, ut diachilon, aut diamelilotum, aut diasamsicum. Fricatio etiam capitis, & densi pectinis capillorum decursio, suspiciones etiam siue metus imminentiū somniorum auertendi procul fabularum lenitate robore adiecto. Pleriq; enim sibi fingentes uel formantes futura, uoluntarios penē causarum motus efficiunt: ac si passio tardauerit leuiforibus admonita monitis, conuenit etiam radicum uomitus atq; drimyphagia: capitis quoq; detonsio, ac corporū usus acriorum. Item dropax, sic enim aut ex supradictis adiutorijs ægritudo soluetur, aut si peiorauerit epilepsia necessariō sequetur.

ΑΙΤΙΟΛΟΓΟΥΜΕΝΟΙ
libri Sorani.

† alijs: ex
grauedine
tarda, aut

Ανθεριών
Ruma.
Diurnis dixit
pro continuis
ut supra capi-
te primo.

DE EPILEPSIA. CAP: IIII.



Pilepsia uocabulum sumpsit, quod sensum atq; mentē pariter apprehendat. Appellatur etiā puerilis passio, siquidem in ipsis abūdet ætatibus: & sacra, siue quod diuinitus putetur immissa, siue quod sacram contaminet animam, siue quod in capite fiat, quod multorū philosophorū iudicio sacrum atq; templū est parcis animæ in corpore nata: siue ob magnitudinē passionis; maior enim uulgius sacra uocauit: sacrū dictū mare, sacra domus, uelut tragicus poeta sacrā noctē, hoc est magnā: Fit plerūq; uel nascitur ex uinolentia, aut indigestione, aut cōtusione: uel ut Asclepiades, percussu atq; diuisura membrorū quæ cerebrū tegūt, aut nimio timore. Sed eius passionis species duæ esse probant: una quæ

επιληψία.
Morbus sacer
Sacra magna
dicta sunt.